Mythologia, Francfort, 1581 - X [76] : De Tityo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
Mythologia, Venise, 1567 - X [76] : De Tityo

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 19 : De Tityo *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [76] : De Titye *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [76] : De Tytie *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
langue(s)Latin
Paginationp. 1054

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesTytios
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6128?context=pdf

tentauit, excidiſſet Ixion: factus eſt omnium hominũ miſerã rimus, quia perpetua ambitione & inuidia diſcruciabatur. Nã qui gloria inani tanquam imagine virtutis capiuntur, illi nihil ſyncerum, nihilq; laudabile faciunt, ſed multa illegitima & abſurda agant neceſſe eſt, multisq; cupiditatibus, & omnibus animorum affectibus obſequantur. Neque verò ob hos motus animi tantùm hęc tradita ſunt in fabulis, vt ab ijs abſtineamus, ſed etiam vt demõſtraretur, quòd nullus ſtatus illorum eſt diuturnus, qui per illegitimas artes ad honorum apicemque gloriæ contenderunt. Nullus enim honor niſi per virtutem teneri poteſt.

De Siſypho.

Deinde ad deprimẽdam loquacitatem omnis improbitatis vindicem Deum eſſe dixerunt, qui ſolet in illos etiam animaduertere, qui fidem non ſeruarunt ijs magiſtratibus ac regibus, à quibus dignitates acceperant. non enim conuenit res arcanas principum in vulgus proferre. Neque tamen minùs hoc ad illos pertinet, qui magiſtratus & honores expetunt cum ſumma animi contentione, & tamen ſæpius repulſam patiuntur: qui per hanc fabulam admonebantur, nihil eſſe humano generi calamitoſius ambitione. Poterat tamen ad omnia humanæ vitæ ſtudia iſtud ipſum trãſferri, quòd vbi illa quæ prius admirabatur, aliquis conſecutus fuerit; tum eius rei pertæſus, alterius cupiditate capitur.

De Tantalo.

Reuocantur pręterea ab auaritia mortales per fabulã Tantali, cùm opulenti propter diuitias dici filij Iouis conſueuerint: at ijdẽ cõdemnati ſunt apud inferos ſiti perpetua, cùm nulla ſit vel in maxima diuitiarum copia ſatietas: quippe cùm illarum etiam deſiderium vnà cum ipſa copia excreſcat.

De Tityo.

Si quis vel viribus corporis, vel nobilitate generis, vel humanis viribus fretus æquitatem, reliquasq; virtutes neglexerit, ille poterit Tityi ſupplicio ab omni turpitudine deterreri, cùm neque tantum quidem corpus, tantaque proceritas ipſum Tityũ protegere à diuina vindicta potuerit. Fuerunt tamen nonnulli qui Tityi fabulam ad ſegetum naturam retraxerint, vt ſuo loco dictum fuit.

De

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6128?context=pdf